Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1180
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



famulancium. Est et diuersa penas pmerencium
Arabs interrogauit patrem. Pater quomodo domum
deliciarum et gloriam eius lucrari potero. Pater. Quicquid
melius et preciosius habes repone in ea custodien-
dum. et inuenies cum illuc ueneris tibi paratum. Filius
Quomodo possum in eam domum mittere. cuius hostium no-
dum noui adire. Pater. Audi quod fecit filius con-
siliarii regis. post obitum patris. pater fare. nec subter-
fugiam monitis obedire. pr. Rex quidam sapi-
entem habuit consiliarium et familiarem. qui tandem
legibus nature fauens. moriendo paruum reliquit
heredem. bene disciplinatum et curialem. Cui totam que
magna erat possessionem. et diuiciarum aceruos
subscripsit. et morti cessit. Quo facto rex ad se pu-
erum uocauit et de patris occasione ne plus iusto do-
leret. amonuit. et quecumque pater illi regenda dode-
rat. testimonio firmauit. et insuper quod etate eius
exigente in patris locum susciperet eum promisit. Inde
ualedicto letus iuuenis ad propria remeauit. Quem
obliuioni tradidit. nec ipse ad regem remeare
festinauit. Longo temporis interuallo in eadem regi-
one qua puer inerat ceperunt multi egere. adeo
quod ciborum in edia fame periclitarentur. Quod puer iu-
dens. bone indolis animo condoluit condolens horrea
depleuit et pauperibus distribuit. et de penu uinum

De puero propter elemosinam false accusato